



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Agenda, Sev Ritvale Osnabrvdense

Franz Wilhelm <Osnabrück, Bischof>

Coloniæ Agrippinæ

Processio ad postulandam serenitatem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41233

Processio ad postulandam serenitatem.

Omnia fiant, ut supra in Litaniis majoribus. Et Pag. 156.
 in Litaniarum precibus, post *Vers.* Ut fructus
 terræ &c. bis dicatur: Ut fidelibus tuis aëris
 serenitatem concedere digneris, Te roga-
 mus audi nos. Ad finem obsecrationum dicitur,
 Pater noster, &c. *Vers.* Et ne nos inducas in
 tentationem.

Psalmus 66.

Deus misereatur nostri &c. ut supra. In fine Pag. 289.
 Gloria Patri. Sicut erat &c.

Vers. Adduxisti, Domine, Spiritum tuum
 super terram. *Resp.* Et prohibitæ sunt pluviae
 de cælo. *Vers.* Cum obduxero nubibus cæ-
 lum. *Resp.* Apparebit arcus meus, & recorda-
 bor fœderis mei. *Vers.* Illustra faciem tuam,
 Domine, super servos tuos. *Resp.* Et benedic-
 sperantes in te. *Vers.* Domine, exaudi oratio-
 nem meam. *Resp.* Et clamor meus ad te ve-
 niat. *Vers.* Dominus vobiscum. *Resp.* Et cum
 spiritu tuo.

Oremus.

Deus, qui culpâ offenderis, pœnitentiâ
 placaris; preces populi tui supplicantis
 propitius respice, & flagella tuæ iracundiæ,
 quæ pro peccatis nostris meremur, averte.

R r r 3

Oratio.

Oratio.

AD te nos, Domine, clamantes exaudi, & aëris serenitatem nobis tribue supplicantibus; ut, qui iuste pro peccatis nostris affligimur, misericordia tua præveniente, clementiam sentiamus.

Oratio.

QVæsumus, omnipotens Deus, clementiam tuam, ut inundantiam coerceras imbrum, & hilaritatem vultus tui nobis impertire digneris. Per Dominum &c.

Preces ad repellendam tempestatem.

P*ulsantur campanæ, & illis, qui adesse possunt, in Ecclesiam convocatis, dicuntur Litanie ordinariae, ut supra; in quibus bis dicitur: A fulgure & tempestate; & post Litanias, Orationemque Dominicam,*

Psalmus 147.

LAuda Ierusalem Dominum: lauda Deum tuum Sion.

Quoniam confortavit feras portarum tuarum: benedixit filiis tuis in te.

Qui posuit fines tuos pacem: & adipe frumenti satiat te.

Qui emittit eloquium suum terræ: velociter currit sermo ejus.

Qui